

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CCXXIII. Differentia 8. Iure Canonicō, qui monachum carnaliter cognovit, si
clericus est, deponitur, si vero laicus, excommunicatur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CCXXIII.

DIFFERENTIA 8.

Iure Canonicō, qui monacham carnaliter cognovit, si clericus eſt, deponitur, ſi verò laicus, excommunicatur, c. Si quis episcopus 27. q. 1. c. Si quis Sacerdos 30. q. 1. Iure civili autem laicus capite plectitur: 1. Si quis non dicam, C. de episc. & cler. Bartol. §3. Ioann. Bapt. à S. Blasio 115.

I. **S**exta Synodi in Trullo sanctio eſt, c. si quis episcopus aut presbyter, aut quicunque aliis de clero cum muliere Deo conſecrata mœchatus deponatur, laicus verò excommunicetur. Sed non majorem poenam laico mœcho à Synodo decretam eſſe, miratur Glosſa, cum leges majorem imponant: quaſi verò in Ecclesia Christi poena reperiatur, qua excommunicationem vincat. c. Corripiantur 24. q. 3. damnatio, quam episcopale judicium facit, poena eſt, quā major in Ecclesia eſſe nulla potest, c. Autoritatem 15. q. 6. Excommunicatio gladius eſt, malos à bonis separans. Quod si poenam duplicatam desiderat in. Si quis Sacerdos 30. q. 1. extat: ubi Sacerdos cū filia ſpiritu ali fornicatus ab officio depositus jubetur peregrinando duodecim annis poenitere; poſtea monaſterium ingredi, ibi quē cunctis diebus vītæ ſuæ Deo servire. Ergo ne poenam publicam, & ſolennem Sacerdos ager? Concedit Glosſa, ſi absque ſpe reſtitutionis depositus ſit. V. Ignat. Lopez. r. et. en. 85.

II. Legum rigor Ioviniano Impera-

tori debetur. Is in citat al. §. C. de episc. & cler. ita conſtituit: Si quis non dicam rapere, vel attentare tantum jungendi matrimonii causā ſacratiſſimas Virgines aſſus fuerit, capitali poenā feriatur. Carb. in Pract. l. 2. c. 3. Dornſperg. Tr. de except. cauſ. crimi. P. I. Sect. 2. c. §. n. 161. & Glosſa Gottoſredi notat hāc lege puniri etiam conatum, quod minimè insolens, ſi intelligas de eo conatu, qui forisapparet, & effectui proximus eſt, qualis reperitur in eo, qui pudicitiam pueri, vel puellæ attentat, ubi, cum proper impedimentum extrinſecum conſummare flagitium non potest, non mi- nū ſupplicii reuſi censetur, quām ſi o- maino perfecifret, ut ſuprà in differentia CCXVII. & latius in Part. 3. ſumma Iur. Canon. tit. de pen. diximus. Exempla v. apud Menoch. caſu 36. qui addit poenā extraordinarīa perſtrigi eos, qui animi malitiā qualicunq; extero opere pro- dunt.

CCXXIV. DIFF.